

in quibus aliis appellatio permittitur, quæ in eis nullo modo censetur denegata; quantumvis ab agendo audientia denegatur, ex his doctrinis, quibus rem hanc comprobatur Philipp. Franc. in d. rubr. de appell. colum. 4. ver. sed in contrarium facit, &c. sequitur Lanc. ubi supra, in d. 2. p. c. 12. lim. 50. n. 18. & expressè probatur in c. cum inter. de exceptionibus, ibi: Porro cum excommunicato, quando in causa absolutionis extitit, non sit iusta deneganda sententia, nec interdicti debet eidem appellationis remedium, si contra iustitiam condemnatur, &c. (Melior text. in c. fin. ibi, & si causis aliis tempore imperati rescripti vinculo fuerit excommunicationis adstrictus, &c.) Sequitur & facit, appellationem prædictam decernimus admittendam, &c. eodem titulo de exceptionibus, videndus omnino, & utrobique Doctores omnes communiter hoc profitentes, quia alia iura allegant, & probatur etiam in d. c. significaverunt eodem tit. de except. quem D. Franc. citavit, & hæc attentè attende, quoniam iustissimè quemlibet potuerat movere difficultas contra DD. distinctionem supra positam.

Nec obstat etiam text. in d. l. 1. ff. de exceptio. quo probare contendimus dispositionem loquentem in deneganda audientia in agendo tantum exceptionem, & defensionem comprehendere, ex d. l. 2. cui respondent gloss. & Doctores ibi in c. cum inter. de except. ut excipiens efficiatur, quoad onus comprobandi exceptionem non aliis, & tunc adhuc in proprio, & largè summo vocabulo (ut ibi probatur) agere enim videtur, &c. quod verbum, denotat impropriè, ad eum ut actionis verbo non contineatur exceptio: textus est in l. verbum oportebit §. actionis verbo ff. de verb. sign. ac ideo licet excommunicato, ut actori, audientia denegatur; non tamen ut reo, & ille necessarius, qui tunc potest omni exceptione uti in iudicio, & defensione: text. in d. c. cum inter, & d. c. si cum pluribus aliis, at quando excommunicatus venit in iudicium, ut reus voluntarius, tunc audiendus non est, ita per Innoc. ibi tenet Abb. in d. c. cum inter. n. 12. de exceptio. & dicitur voluntarius, quando per iudicem, putat, non necessitatur ad iudicium venire, sed ipse voluntariè comparere pro suo vel communi interesse, ut in auth. si omnes, C. si ut se ab hereditate abst. vic. ut latè per Abb. in d. nu. 12. per totum, ubi declarat, & exemplificat. Vide etiam Bart. & laurus Alex. in l. 1. in leg. de pupillo, §. servos, ff. de operis novi nuntia. Roma. in conf. 217. incipit res ista, latè Paulum de Castro, Bart. Alex. & ceteros, in leg. testamenta omnia, C. de testamentis, & Innoc. in cap. dilecti, de exceptio. & omnes per text. ibi in c. veniens, C. de testib. Angel. in l. 2. §. hac stipulatio, ff. si plus quam per l. Fal. Marant. de ordine judi. 4. p. in 1. dist. n. 36. fol. 221. Afflict. in decis. Neapol. decis. 2. 4. n. 7. & 8. & alibi passim, de quo nos infra Deo dante 4. p. dicemus, & etiam diximus supra, 1. p. c. 1. quia tunc ut actor, non ut reus censetur comparere, quæ est ratio, ut nec excommunicatus audiat, opponens se executioni sententiæ, ut tertius pro suo interesse, ut per Felin. in cap. significaverunt, n. 10. ad fin. & n. 11. de exceptio. (& an audiat, quando in iudicio compareat novum opus nuntians, ingens est difficultas, ut inferius apparebit.)

Concludimus igitur cum Philipp. Franco, & Lanceloto supra, quod quando denegatur audientia alicui, tam in agendo, quàm in excipiendo, & se defendendo ut tunc cum censetur etiam prohibita appellatio, iudex Ecclesiasticus nullam vim faciat: si in his causis appellationi propositæ, non detulerit, si autem audientia tantum ab agendo denegatur, non intelligi appellationem prohiberi, cui, si emittatur, iudex non deferens, notoriam violentiam committeret.

Ex qua vera resolutione oritur difficultas, quid sit dicendum, quando lex, vel dispositio non ita in specie concipiatur, mentionem haud faciens de agendo, excipiendo, seu defendendo, sed absolute & generali-

ter ita disponat: denegatur illi audientia, vel in tali causa, vel casu non audiat talis, quam brevibus res solvo, ut tunc appellatio pariter censetur denegata virtute generalitatis; quia quando generalitas propter medium habile, verificatur in qualibet sua specie, generalitas indistinctè operatur, l. emptor, §. Lucius, junctâ gl. ff. de pactis, quam reputat singularem ad hoc Joan. de Immo in c. de transactio. & Everard. in locis legalibus in loco à generalitate, & quia lex, seu statutum generale, generaliter comprehendit etiam causas, & personas privilegiatas, quæ specialiter & in casu illius non reperiuntur habere privilegium, per textum notabilem in l. in fraudem, §. ult. ibi, quia generalis est ista determinatio (ubi notabiliter idem notat Bald. ff. de militari testamento, idem Bald. in lege omnes populi, ante fin. vers. item nota, quod generale statum, ff. de iustitia & iure. Philipp. Decius (qui meritò illum textum dixit esse notabilem,) in l. 1. col. 2. vers. & ampliatur, ff. de reg. jur. & in l. nemo potest, in princ. eodem tit. & in l. quo tutela, §. 1. eodem tit. ipse in lib. 1. col. 2. in 3. nota per textum illum C. de edendo, & aliis locis, de quibus per Tiraquellum de retract. lignagier, §. 1. gloss. 1. 4. n. 96. cum seqq. ubi adducit plura exempla.

Et quia generalis dispositio legum, vel statutorum includit omnes casus, licet in uno major ratio esse videatur, quàm in alio, l. 1. §. & generaliter, ff. de legatis præstan. l. 1. §. quod autem, ff. de aleato. l. ult. §. uxori ff. de auro, & argento legato. voluit Philipp. Decius locis supra citatis; & insuper consil. 20. in causa statutorum, col. 2. vers. 4. ut supra dixi, & consil. 29. cujus superscripto incipit, an detur restitut. col. 2. vers. 1. hoc probatur, & alibi passim Ludovic. Gozadi. consil. 35. breviter colum. 2. nu. 6. & consilio 51. in hac causa, columna 7. n. 24. & consil. 103. videtur 1. n. 3.

Quæ omnia procedunt in odiosis, ut scilicet generalis dispositio odiosa generaliter intelligatur, ex sententia Angeli in l. ult. col. vers. 3. queritur, ff. de constitutione. princip. Philipp. Decius in c. sedes, col. 2. in 3. nota. de rescriptis. Ludov. Gozadi. consil. 50. prima facie, colum. 3. n. 13. & consil. seq. col. ult. nu. 23. imò etiam non solum in odiosis, sed & in pœnalibus similibus, ut per Immo. Alex. Gozadi. & alios tenet Tiraquell. ubi proxime num. 102. Enimverò materia odiosa non excludit latam interpretationem, quæ ex proprietate verborum procedit, text. nota in l. cum lege, & ibi Franc. de Aret. ff. de testam. cum aliis. Quominus dispositio, quæ generaliter loquitur, generaliter etiam destinatur intelligi, ut scribit Angel. in l. ult. col. ult. vers. 3. queritur, ff. de constitutionibus Princip. Anton. in c. olim, de verb. signif. Philipp. Decius in consil. 5. in causa Domine, ante fin. & declarat Tiraquell. in repet. l. si unquam in princ. n. 115. C. de revocand. donatio. Et magis in specie per text. in l. licet 2. C. de iudiciis, dicit Philipp. Franc. in c. dilecto, sub n. 107. quæst. 48. de appellat. Cæsar Contard. in repetit. l. uni. C. si de moment. possessione limit. 24. nu. 42. Scac. de appellat. q. 17. limit. 6. membr. 9. sub nu. 8. nos c. precedente, ante fin. vers. hæc tamen conclusio, n. 259.

Ex eadem Doctorum distinctione unum tamen libet advertere, quod licet dispositio negaverit audientiam ab agendo tantum, non censetur denegata appellatio, imò iudex ei non deferens, vim faciat: non tamen id absolute intelligas, quia si iudex jus exequens noluerit audire aliquem in casibus, quibus denegatur audientia ipsi, & ab hac denegatione, & reiectione appellaverit, delationem appellationi pariter negando vim non faciet: text. expressus, in leg. ejus qui, cujus verba sunt; Ejus, qui ideo causam agere, frustratur, quod dixit se libellum Principi dedisse, & sacrum rescriptum expectare, audire desiderium prohibetur, & si ob eam causam provocaverit, appellatio ejus recipi, sacris constitutionibus vetatur. Hactenus de lege elegantissimi, ff. de app. recip.

Enimve-

Enimverò hæc talis appellatio esset frivola, & frustratoria, per quam nihil aliud consequi poterit, cum absque iusta causa sit interposita, quæ nullum potest juris effectum sortiri, quæ est ratio, ut aliqua cognoscatur appellatio frivola, ita declarat Gemina. in c. cum appellationibus frivolis, col. 2. vers. quero, quid importet, de appellat. in 6. Manuël Rodriguez q. reg. tomo 1. q. 8. articulo 13. circa princ. & faciunt ea quæ adducit Philipp. Franch. in c. cum cessante, §. lim. ad fin. versus amplius intellige omnia præcedentia, fol. 71. a tergo, de appell. & Nata consil. 32. num. 8. & nos Deo dante dicemus infra, 3. p. in cap. 6. de frivolis appellationibus, & facit quod dicit Abb. in cap. 1. n. 7. de appellat. quod appellatio non verisimilis, & quæ habet jus commune contra se, non facit attentata, frustra enim spectatur id cuius eventus nullus est effectus, l. aliquando, ff. ad Velleianum, cum vulgaribus; ideoque cum appellationibus frivolis nec jus deferat, nec sit à iudice deferendum, text. in d. c. cum appell. frivolis, de appellat. in 6. vis nulla fiet.

Ex hac sic declarata doctrina, & conclusione, nunc indagare conveniens est, an à sententia lata super demolitione ædificii constructi, atque constructi post novi operis nuntiationem, appellationi emissa, iudex vim committat, si minimè detulerit, & causatur difficultas ex text. in l. 1. §. si sit ff. de operis novi nuntiatione, ubi tunc audientiam sic adficiant, post denuntiationem sibi factam, denegati constat, ibi, prætor actionem ei denegare debet, & interdictum in eum de opere restituendo redderet.

Et pro parte affirmativa vim fieri evidentem, nisi appellatio deferatur, facit, primò text. in c. significandibus, de operis novi nuntiatione, ubi appellatio in causa novi operis nuntiationis admittitur quoad utrumque effectum, & devolutivum, & suspensivum, quæ pendente, facta à iudice ut attentata reponuntur, & revocantur, ibi, prædicti Canonici ad nostram audientiam appellatam, & infra: ideoque mandamus, quatenus si est ita, revocato in irritum, quidquid post appellacionem hujusmodi invenieris attentatum, &c.

Secundò & iterum probatur ex eodem cap. sign. ubi altera pars appellaverat ab eo, quod decrevit iudex, probationes admittendas esse, ut constat, ex eo, ibi, idem N. ad Senonens. Ecclesiam provocavit, &c. Ex quo ultimo crescit difficultas, & efficitur ingens: nam si censetur prohibita appellatio in causa principali novi operis, censetur etiam prohibita in incidentibus, & emergentibus in eis articulis, ut tenet Bald. & Salicet in l. fin. §. fin. Cod. de temporibus appellat. quos sequitur Gregorius Lopez in l. 13. tit. 23. p. 3. gl. 6. Angel. & Immo. in l. 1. §. fin. ff. à quibus appellare non licet. Egid. Boss. in tractatibus variis crimin. tit. de appellat. num. 10. & infiniti alii, quos nos citavimus in discursu c. 6. supra, hac secunda parte: ergo cum ex eodem textu pateat appellationem emissam fuisse à decreto, seu interlocutoria iudicis, admittentis probationes in causa uni ex partibus; evidenter sequitur in causa principali denuntiationis non esse prohibitam.

Tertio probatur ex doctrina ab aliis tradita, & à nobis defensata supra in questione principali, quod quando à iure alicui denegatur audientia in agendo tantum, non censetur tunc appellatio prohibita, nec denegata; sed in hoc casu audientia denegata est adficiant post nuntiationem ab agendo tantum, ut probatur ex dict. §. si sit, ibi deinde cœperit agere, jus sibi esse, ita adficiant habere, prætor actionem ei denegare debet; manifestum est ergo, appellationem hoc casu, de quo loquimur, non esse prohibitam, imò potius admittam fore expressè.

Quarto & pro hac parte facit, id quod sit post novi operis nuntiationem, per viam & remedium attentati revocatur. Baldi est doctrina in consil. 245. præponitur, versic. secundo præmisso, sub n. 2. l. 2. quia si post Salgado de Protect. Reg.

quam sibi est facta nuntiatio, ædificat, dicitur attentare, ac ideo ejus demolitio per viam attentati fit, Baldum sequuntur Ill. in l. 1. num. 3. versiculo 4. limita, ubi etiam Vincentius Hercula. col. 8. ff. de novi operis nuntiatione, sed à sententia attentatorum revocatoria appellatio emissa quoad utrumque admittitur, ut videre est ex his, quæ copiosè adducit Lancelot. Robert. de attent. 3. part. c. 28. à num. 44. cum pluribus sequentibus, quod tunc maximè procedit, & locum habet, quando attentatum non est appellatione pendente factum, ut eo casu permittam esse appellationem, pro vero firmat Lancelot. ubi proxime, nu. 227. & 228. versiculo secundo crediderim: ergo pariter in nostro casu dicendum est, maximè cum non appellatione, sed denuntiatione tantum ædificando, attentetur.

Quis est humanus intellectus, qui non ingentium fundamentorum horum viribus, & robori cedet: quemve suæ opinioni non reducet; ipsi meum cederet certè, si quorundam autoritas nec adfuerit; siquidem Ill. in d. §. sed is cui, ex doctrina Baldi loco per eum citato proficitur in casu illius text. pariter censeri, appellationem prohibitam in num. 2. versiculo 3. adde, idem & in specie affirmat Lancelot. Robert. de attentatis, 3. p. c. 28. n. 78. dicens, quod à sententia demolitionis novi operis non appellatur, quia denegatur audientia, per Ill. loco proxime citato, & per ea quæ ipse dixerat post alios in 2. p. c. 12. limit. 5. n. 16. cum sequentibus, & faciunt in genere Doctores, quos ad principalis questionis princip. adduximus supra.

Pro qua opinione illud suadet, quod cum ad operis novi demolitionem, fabricati post denuntiationem eandem, per viam & remedium attentatorum meritò deveniatur, ex his, quæ nos in quarto fundamento contrariæ partis: revocatio autem attentatorum respiciat abbreviationem litis, ut firmat Rota decisione 5. alias 433. notat nunquid reo, sub num. 5. versiculo sed antialia attentata, ad fin. ut lite pendente in antiq. quæ repetita est apud Bègneum, quam etiam sequuta est moderna Rota in una Nolan. Abbatiæ regalis vallis coram Paleoto, ut est in resolutione ipsius 115. Joannis Michaël ad fin. quos allegat Lancelot. loco proximiorum citato, à n. 60. & supra qui nu. 63. affirmavit, materiam novi operis nuntiationis proculdubio celeritatem desiderare, quapropter, omnibus diebus etiam feriatis, omnibusque personis, etiam fabris, & pupillo fieri nuntiationem posse juxta l. primam, §. nuntiatio, & §. seq. ff. de novi oper. nuntia. quibus casibus appellationem non admittit; saltem quoad effectum suspensivum, probat text. in l. fin. ff. de appell. rec. & l. 1. cum seqq. ff. de feriis, & dilatio. Speculator in tit. de appell. §. in quibus, versic. 8. n. 10. Ill. in dict. l. 1. ff. de feriis, col. 1. Maranta in speculo, in 3. p. 6. part. princ. q. 2. nu. 319. versic. 24. lim. & alii plures à nobis suo loco citandi.

Quid tenendum in tanta contrarietate, in qua licet contraria pars mihi magis probabilis sit in iure, quæ longè verior videtur ut de per se patet, hanc tamen jam diu praxis elegit, tueturque Doctorum autoritas, & nos fundamentis jvare curavimus; ac propterea ab ea non audeo recedere, illud sequens: ut iudex Ecclesiasticus vim nullam faciat, si non deferat appellacioni emisse à sententia demolitionis operis, constructi post factam denuntiationem.

Cui resolutioni nec obstant, quæ pro contraria parte adduximus fundamenta. Et non primum ex text. in dict. c. signifi. de novi operis nuntiatio, quem Lancelot. supra, n. 97. & 98. aliud agens, dupliciter conatur intelligere. Tu autem, certius responde, textum illum non procedere, nec loqui in casu, de quo nos; scilicet, in sententia revocationis ædificii constructi post nuntiationem novi operis, & sic in demolitione operis, quod adficiens prosequutus est, attentans spreta, & contempta denuntiatione, & anteaquam sibi fuerit à iudice,

V

vel

- vel à parte facta remissio, juxta text. in l. *prator ait*, §. *ait prator*. ff. de operis novi nuntiatione, quod causa est, non aliud audientia deneganda, ut constat ex dict. l. 1. §. *sed is cui*, (de cujus intellectu protinus agendum erit) sed tantum in casu illius text. in cap. *signif.* causa novi operis simpliciter tractabatur, cessantibus fabris, & vacantibus à labore in edificio, postquam sibi denuntiatum fuerat à canonicis; nihil adversus denuntiationem conscientibus insuper, ut ex textu colligitur, quod etiam procedit: quando quis sprete nuntiatione passus fuit agi de jure principali, omisso iudicio, & via attentati, & fuit per iudicem admissus ad probandum parte non opponente; quia tunc cum cessat contemptus denuntiationis, & iudicis, cessat etiam per attentatum demolitio operis: ita firmant Ill. *consil.* 168. col. 2. in prin. *versic. item licet adificans*, libr. 1. Plotus in l. *si quando*, n. 121. verbo *quarto ibi nuntians*, C. *unde vi*, Carpanus de *constit. Mediol.* c. 140. n. 31. l. 2. *Grat. in disceptatio. forens.* tomo 2. c. 384. n. 28.
- 49 Hinc est regula, quæ dicit, ut à causa, & à sententia lata super iudicio novi operis nuntiationis, sive profertur affirmativè, ut nuntiatio remittatur, liceatque edificium prosequi; sive negativè, ut nuntiantis jure attentato opus demoliat, appellatio emissa utrumque sortitur effectum, estque ei omnino deferendum, cum nullibi inveniamus prohibitum, nec tunc denegata audientia, sed tantum, quando denuntiationi contraveniatur, ut constat ex dict. §. *sed si is cui*, ibi, cui opus novum nuntiatum est, ante remissionem edificaverit, &c. Quo etiam casu loquuntur Ill. & Lancelot. ubi supra, nu. 78. Bald. *consil.* 245. ad medium, *versiculo secundo pramitto*. Ill. in l. 1. nu. 3. *versiculo quarto lina*. & ibi Herculian. col. 8. ff. de oper. novi nuntia. optimè Gratian. in *discepta. forens.* c. 384. à numero 25. tomo 2. in odium ipsius, qui iudicem offendit argumento c. *ordi. appell.* in 6. text. in l. *sed etsi per pratorum*, §. *sed etsi dum decreto*, ff. ex quibus causis majores. l. 1. §. *quod autem preator negat*. ff. de aleatori. cum aliis. Quod nec valet, nec debet in simplici & vulgari iudicio nuntiationis: quo agitur, cui sit jus vel edificandi, vel prohibendi, quo casu non solum denegatur audientia, nec prohibetur appellatio: imò expressè permittitur, & talis ut operetur, attenda subsequens executio ipsius, est text. in dict. *significantiibus*, ibi, prædicti canonici nostram audientiam appellaverunt & infra: ideoque mandamus, quatenus si est ita, revocatio in irritum, quidquid post appellationem hujusmodi repetitis attentatum, &c.
- 50 Qui text. juncto intellectu assignato, qui est veritas, & verus sensus illius, hanc facit suavem consonantiam, non audito Innocentio *ibi post princip.* intelligens text. illum in attentante post nuntiationem procedere. Respondet ad text. priori appellationi, de qua ibi, fuisse per iudicem delatum, & à superiori admissam, sicque de facto, non de jure procedere illam appellationem, qui intellectus facillè quit impugnari, cum omnibus difficultatibus pateat. Et primò quia secunda appellatio subsistit, cui non respondet: imò ea cum legitime fuerit à Pontifice approbata, priorem justificat. Secundò, quia divinatorius est; etenim solum dicitur, quod appellavit ab inferiore, qui revocato gravamine processit in causa, quare & ultra citatos, & quod à sententia demoliendo edificatum post nuntiationem novi operis, eo quia denegatur audientia, prohibeatur simul appellatio, per text. in dict. l. 1. §. *sed si is*, tractat, & defendit Ruginell. *tractatu de appellat.* §. 2. cap. 3. n. 262. fol. 91. Scaccia de *appellat. qu. 16. limit.* 31. licet, nullus ita distinctè, prout nos.
- 51 Nec obstat secunda difficultas pro contraria parte, adductaque ex eisdem text. priori parte dum appellatio permittitur à probationum admissione, & sic ab incidentibus; quapropter non censeri prohibitam appellationem à causa principali, ex Doctoribus *ibi-*

dem allegatis, quæ doctrina quando verè procedat copiosè dixi supra, c. 6. hac 2. part. ubi mirabilem assignamus distinctionem, quæ ad hæc non pertinet: siquidem hujus responsio pendet à superioris argumenti resolutione; nam causa principalis, de qua in casu illius text. appellationem admittit quod utrumque (ut modò probavi ac ideo nihil mirum, ut ab incidentibus, & emergentibus articulis in ea detur appellatio: maximè jure canonico, quo à quocunque gravamine libeat appellari, & hodie per Concilium Trid. à gravaminibus qualificatis, quæ ipsum refert. Quorum unum est illud, de quo in casibus text. extitit appellatum, prout est admissio, seu rejectio probationum, ut nos latè probavimus supra, c. 1. num. 130. quo satis utique ejus parti satisfactum est.

Nec obstat tertium magis difficile ex dict. l. 1. §. *sed si is cui*, ubi actio, & agere denegatur procedenti per opus post ejus denuntiationem: & sic appellationem non prohiberi ex distinctione Doctorum, quam supra defendimus; quia respondeo, illum text. non de actore & actione verè, & propriè, strictèque sumpta intelligi sed de exceptione proponenda, quod sic probò. Substantiale est iudicium, idque constat ex reo, & actore, non de duobus reis, nec de duobus actoribus, c. ut forus, de verborum signific. l. *sed cum ambo*, ff. de iudiciis, & in communibus magis placuit; eum videri actorem, qui prius ad iudicium provocat. l. in tribus, ff. eodem: at in casu illius text. edificans venit se defendendo à denuntiatore, qui prius ad iudicium eum provocaverit, *ibi*, sed si is, cui opus novum nuntiatum est, ante remissionem edificavit; deinde coepit agere; jus sibi esse, ita edificatum habere. Quæ verba clarè demonstrant, edificantem ut reum se defensurum accedere, cum denuntians jam actoris vicem in iudicio occupasset, text. est in l. de pupillo, §. *qui remissionem*, ibi, sustinet enim partes defensoris. ff. de oper. novi nuntia. ubi gloss. verbo *defensoris*, id clarius explicat, glossa celebris in dict. l. de pupillo §. *meminisse*, verbo *eum*.

Nec obstant verbum, *agere*, & verbum, *actionem*, quibus usus est consultus in casu illius text. quoniam agere etiam is videtur, qui exceptione utitur, quia reus in exceptionibus actor est; text. est formalis, & expressus (de cujus intelligentia superius egimus) in l. 1. ff. de exceptio. & sic illis verbis largè, non strictè, & in sua proprietate utitur consultus ibi: tene menti hunc intellectum, quia mirificus est text. prædicto desideranti, pugnantique fortiter, Doctorum distinctam resolutionem evertere.

Cui obstat videtur resolutio illius celebris, & difficultis quæstionis; ad suprema nostra tribunalia passim accedentis per viam violentiæ, pro laicorum decreto nanciscendo (quod *auto de legos* dicimus) an iudex Ecclesiasticus vim faciat, cognoscens in causa novi operis in qua laicus denuntiat, & an super nuntiatione nuntiat, vel potius nuntiantis forus sequendus, & abundus sit; de quo articulo videndum est copiosè per Joannem Gutier. in *consil.* 49. per totum *consilium*, quod modò non disputo, nec examino, sed fortè commodiori loco infra, 6. p. tomo 3. prope diem edendo.

Interim tamen dico praxim obtinere, ut forus denuntiar sequatur; non verò denuntiantis, etiam militis, capitaneique, seu alterius privilegiati, alias tanquam actoris vicè sustinentis, ut dictum est; vide quæ post alios Castillus à Bobadil. in *Polit.* l. 2. c. 18. num. 137. c. 5. num. 3. de quo nos latius infra, 6. p. c. 11. per totum, & lib. 3.

Nec obstat, quartum, & ultimum, quia respondeo, non esse illam veriore opinionem; ut à sententia lata super revocatione attentati appellatio emissa habeat, utrumque suum effectum, infra, hac 2. p. cap. 12. resolvimus, ubi latè videre libet; ubi etiam agendum: an à sententia, tam negativa, quam affirmativa

lata in remissione attentati, post nuntiationem novi operis, & ante remotionem ejus, habeat hoc privilegium, nec possit appellari ab eo.

57 Ex hoc capite audientia denegata inferitur: iudicem Ecclesiasticum vim non facere, si non deferat appellationi à denegatione audientia in casu, quo est alicui impositum perpetuum silentium, putà, in rem, l. *diffamari*, Cod. de ingenuis & manu. & aliis, postquam ipsa sententia translata est in rem iudicatam, quia ab ea non est appellatum, vel quia in omnibus instantiis confirmata est, seu quia ipsa sententia sui natura est privilegiata aliàs, quia si intra terminum in ea assignatum non egerit, postmodum non audietur; quoniam tunc audientia denegata censetur: ita tenent plures relati à Nicolao Boërio in *decisione* 255. à princ. & præcipuè à n. 12. ubi etiam ex aliis firmat in *iudicio. diffamari*, posse appellari à prima, putà, & secunda sententia, quia est diffinitiva: tenent etiam Franc. in c. *Nicolao* 64. in *fin.* n. 23. de *appellat.* Alex. in l. *properand.* 11. §. *fin. autem reus*, sub n. 21. *conclus.* 10. C. de iudiciis, & quod ex dicta clausula perpetui silentii dicatur oriri exceptio perpetuæ denegationis audientia, probat cap. in *presentia*, ubi Barb. n. 36. de *probatio.* Boërium, & Capicium, & alios per eum allegatos sequitur Burfatus in *consilio* 78. *viss.* num. 21. lib. 1. Lancelot. de *attenta.* 3. p. cap. 28. nu. 84. quapropter si is, cui silentium impositum est, voluerit agere, & iudex eum noluerit audire, à quo si appellaverit, iudex ei haud deferens, nec vim committere, ex his quæ ad principium quæstionis principalis diximus.

59 An, & quando iudex possit imponere silentium parti, ultra tale tempus agere non possit, ut in matrimoniali, in impugnatione rescripti, seu etiam instrumenti, vide latè per Felin. in c. *accipimus, de fide instr.* à n. 6. & supra, ubi agit inter alia plura, utrum requiratur bina monitio, & an Prælati cum conventu distulit comparere, ex non ceceat Ecclesia hoc silentium, & an non Ecclesiæ noceat, vide etiam Bart. in l. *Titia circa* 6. *de accusa*, & quod perpetui silentii impositio tollat appellationem simul, tenet ultra citatos Nicellus *tract. de concord.* gl. *concord.* 6. n. 100. in *prin.* & *ultimis verbis*, tomo 18. folio 195. Ruginell. *tractatu de appell.* *appellat.* §. 9. gl. 2. n. 7. *versiculo* 4. Capicium *dec.* 69. in *causa Joannis*, sub n. 13. in *tertia responsione*.

61 Pariter idem videtur repetendum in allegante fraudem, & turpitudinem suam, qui quidem nec auditur, tenent Bartol. in l. *post contractum*, col. 3. *versic. sed an venditor*, §. de *donatio*. & idem in *consil.* 56. Petrus Nicola, in *prin.* Bartol. in l. *emptio, circa medium*, C. *plus callere quod agitur*. Petrus Anchara, *consil.* 226. ad *corroborationem*, col. 1. scribitur enim in l. *cum profitearis*, C. de *revocant. dona.* ibi, cum profitearis, te in fraudem alterius donasse, professionem inhonestam continere, intelligis, (& in l. *si creditoribus*, C. de *servo pigno. dato. manu.* ubi ita scribitur, nam ipse manumissor, si fraudem se fecisse creditoribus, ut revocet libertates, audeat dicere, audiri non debet, nec hæredes ejus.) & optimè etiam ad propositum facit text. in l. *transactione finita*, C. de *transactio. in l. filios*, C. de *revoc. his que in frau. credit.* text. in c. *inter dilectos de donat.* cum concordantibus, ubique à glossatoribus adductis, & ibi etiam ordinarii repetentes: idem tenet Tiraq. de *retractu lig.* §. 1. gl. 18. n. 20. propterea, si hoc allegantem repellat iudex,

62 denegando ei audientiam, à tali repulsione, & denegatione, appellationi non deferat, vim non facit, quia injusta est, & minus legitima: enim verò appellari minimè potest ab acta, quod sit secundum juris dispositionem, & canonicas sanctiones, nec à iudice juris dispositionem, & decretum exequentem: ut per Marant. de *ordine jud.* 6. part. *prin.* tit. de *appellat.* n. 345. tenet Joan. Gutierrez in *suis consiliis*, *consil.* 10. n. 21. & probatur in cap. *consuluit* 3. ubi, non convenit, ut pro Salgado de *Protect. Reg.*

hujusmodi appellationibus ab observatione decreti debeat obtinere) de *appell.* iudex enim tunc non gravat, nihil ipse potest per appellationem consequi, ut supra diximus.

Aliter atque dicendum est, si turpitudinis, seu propria fraus, non in vim allegationis, sed in vim exceptionis, proponatur; quia tunc audientia non sequitur denegata, ut videre est ex his, quæ referens sequitur Tiraq. d. *tract. de retractatu*, §. 1. gloss. 11. n. 15. ad *fin.* & idem in §. 1. gloss. 18. nu. 72. & au quando quis vult desistere à peccato, audiatur allegans suam turpitudinem, vide per Abb. in cap. *ex diligenti*, n. 2. de *simonia*, & in cap. *tua nos*, n. 7. de *sponsalibus*.

Similiter audientia denegatur à jure ei, qui reconventionis nollet respondere, nam quousque respondeat, patitur hanc penam, ut supersedeatur in causa conversionis, & denegetur sibi audientia, ita firmat Speculator in *tit. de reconventionem*, §. *videndum, versic. sed quid si actor nollet*, &c. per argumentum c. *fin.* §. *pena*, de *jurament. calum.* c. *si qui Episcopus*. q. 1. l. *mutus*, §. *pena*, ff. de *procurator. l. nec scriptura*, C. de *compensatio.* idem tenet ipse Specul. eodem titulo de *reconventionem*, §. *fin. incipit*; restat ut de *pena actoris, per totam*; idem tenet Maranta de *ordine jud.* 4. p. q. *prime princ. tit. de reconventionem*, nu. 7. fol. *mibi* 140. & à tali denegatione audientia defendendum non est appellationi propositæ, tanquam minus legitima; ex jam dictis; & quia hæc audientia negatio est poena à jure imposita, ut hi omnes Doctores affirmant, & de se parat, à qua minime appellari licet; ut tenent Adrias in l. 2. *Tauri*, n. 18. Gutierrez *consil.* 10. Bobad. in *Polit.* lib. 3. cap. 8. nu. 278. Navarr. latè in *prelect. c. cum contingat*, 15. cap. 8. *causa nulli*. fol. 151. Bernard. Diaz in *regula* 675. Gratianus in *reg.* 35. Bald. in *marg. sua*, in verbo *appellari à poena potest*. Doctores in c. *ad nostram*, de *appellat.*

Ex hoc eodem capite audientia denegata pariter oritur, iudicem Ecclesiasticum, nec vim facere, si non deferat appellationi ab eo emissa, quem ipse rejicit tanquam contraria in iudicio allegantem, & adversa petentem, quia tunc jus huic tali habet denegatam audientiam, ita probatur in cap. *solicititudinem*, ibi non est tanquam adversa petens, & sibi contrarius audientia. de *appell.* idem probat text. in c. *quod autem* 23. q. 9. & ibi gloss. verbo *contraria*, text. etiam in c. *quam præposterum* 13. q. 2. text. in c. *litteras*, de *presumptioni.* text. in cap. *gesta* 74. dist. text. ex in l. 1. Cod. de *furtis*, & 68 *servo corrup.* text. in l. *professio*, C. de *muner. patrimon.* l. 10. & ubique gloss. & Doctores, hanc doctrinam communiter profitentur, unanimiterque firmant, ibique latè de materia, præcipuè per Doctores in dict. l. 1. C. de *furtis*, maximè per Bald. ubi an, & quando actor possit allegare contraria & an his possit forte reus uti, & an saltim in novo iudicio contraria proponenti, adversaque petenti, sit denegata audientia, & distinctè, quæ, & quando in jure dicantur contraria, & quæ ut incompatibilia non admittantur in iudicio, & de pluribus aliis materiis concernentibus, cum conclusionibus, & limitationibus videre poteris (quæ omittit, quia ad nos pertinent.)

Unum tamen rei, de qua agimus commodius non omitam, quod colligitur ex dispositione text. in dict. c. *solicititudinem*, de *appellat.* scilicet; appellans ab inferiori ab aliqua ejus sententia, sive interlocutoria, sive diffinitiva, comparens postmodum coram ipso, aliquid negotium tangens; petendo, fueritque verbo, vel facto protestatus, se prosequi velle appellationem, non censeri, nec intelligi appellationi renuntiare per talem comparitionem, tum protestatione, & non auditur in petitione tanquam sibi ipsi contrarios, seu adversa petens.

Quod & expressè probatur in illo text. in quo exactius videre poteris per DD. Abb. & Felin. Franch. & ceteros, Joan. Andr. in *fin. de appellat.* in 6. & in cap.